Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

mendacii. loquimini veritatem unus quisque cum proximo suo. quia sumus invicem membra. iracundimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabulo. qui furabat iam non furetur. magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitate patienti. Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣ Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Alla ℣ Dextera dei fecit virtutem dextera dei exaltavit me. Secundum matheum. In illo tpe. Ascendit jhesus in navicula transfretavit et venit in civitatem suam Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns jhesus fidem illorum dixit paralytico Confide fili remittuntur tibi peccata tua Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemavit. Et cum vidisset jhesus cogitationes eorum dixit. ut quid cogitatis mala in cordibus vestris Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata an dicere surge et ambula. ut sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Tunc ait paralytico Surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt et glificaverunt deum qui dedit potestatem talem hominibus. Offertorium. Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me domine et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam et salvum me fecit dextera tua. Secreta Hec munia quesumus domine quem oculis tue maiestatis offerimus salutaria nobis esse concede. Postcommunio Qui mandasti mandata tua custodiri nimis utinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas. Quas nobis domine medicinalis propitiatio. et a nostris pusillanimitatibus clementer expediat et tuis faciat semper inherere mandatis Per dominum.

Feria iii. Ad thessalonicenses. Rogamus et rogamus vos per dominum jhesum xpm et deum patrem qui dilexit nos et dedit consolationem eternam et spem bonam in gratia exhortetur corda vestra. et confirmet in omni opere et sermone bono De cetero fratres orate pro nobis ut sermo domini currat et clarificetur sicut et apud vos et ut liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus qui confirmabit vos

et custo-